



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. LV. De Reformatione pacis inter Swantepolcum & Fratres.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Conradus Landgr. Thur. V. Magister Gen. Ord. Teut.  
Poppo de Osterna II. Magister Provincialis. in Pruss.*

(b) Schuzius lib. 1. fol. 24. habet: fast eine deutsche Meile  
(c) Notari hic merentur arma Pomeranorum & Fratrum Ordinis Teutonici.

## CAP. LV.

De

*Reformatione pacis inter Swantepol-  
cum & Fratres.*

Cum sic terra Pomeraniæ iusto DEI iudicio esset depopulata, Swantepoleus Dux, qui ante tanquam leo rugiens, erecta cervice circuit, quærens quomodo fratres & novellam fidem cum multa Christiani sanguinis effusione plantatam in terra Pruschiæ destrueret. Nunc quasi agnus mansuetus, demisso vultu, inclinato capite, humiliter supplicavit fratribus, ut eum ad solitæ benignitatis suæ gratiam recipere dignarentur. Fratres attendentes, quod ipse in angustia positus semper sub simplici & agnina pelle eor vulpinum omni dolo & astutiâ plenum gereret, quod rei exitus approbavit, quia jam (a) tertia vice sub sacramento suo firmata fœdera pacis rupit, timebant ab eo iterum defraudari: Sed quia bonum pacis semper amplectendum est, propter eum qui est auctor pacis & amator, qui est Christus JESUS, idcirco post varios tractatus veterem inter se & dictum Ducem habitam (b) pacem secundum formam pristinam cum cruce signatorum consilio reformabant.

## ANIMADVERSIONES.

AD CAP. LV.

(a) Connumerat hic & illa Pacta, quibus An. 1232. Sventepolcus, ut Princeps Christianus, se Ordini Teutonico contra Prussos paganos auxilio futurum promiserat. Catero qui bis tantum, ut cum reconciliato sibi hoste, pacta inierant Cruciferi. Primò An. 1243. *Vid. supra cap. 39.* Deinde An. 1244. *ut supra in titulo capituli 44. indicatur.*

U 3

AN.

*Conradus Landgr. Thur. V. Mag. General. Ord. Teut.  
Poppo de Osterna II. Mag. Provincialis in Prussia.*

(b) An. 1246. Oppisso Abbas Messanenſis ab Innocentio Pontifice Legatus pacem inter Sventopolcum Pomeraniæ & Caſimirum Cujaviæ Lencitiæqve Duces atqve Cruciferos redintegravit exacto à Sventopolco jurejurando, qvo nihil ſe deinceps cum Pruſſis Paganis commercii habiturum eſſe, promiſit. Quo facto à cenſuris Gvilielmi prioris Legati in eum vibratis ipſum abſolvit Abraham Bzovius *Tom. XIII. Annal. addit. an. n. XVIII.* & antè cum Matth. à Michov. *lib. 3. Chron. Polon. cap. 44.*

## CAP. LVI.

De

### *Fratre Henrico Magiſtro III. An. Ch. MCCXLVII.*

FRATER Henricus de Wida Magiſter terræ Pruſchiæ tertius præfuit VIII. annis. Hic nobilem Virum Dominum de Wida conſanguineum ſuum cum quinquaginta viris expertiſſimis (a) in bello adeo viriles fuerunt, qvò fama publica de ipſis teſtabatur, qvò haſta eorum nunqvam fuerit averſa, nec ſagitta ipſorum abiit retrorſum, & multos Nobiles de Almannia peregrinos ad terram Pruſchiæ ſecum duxit. Hic frater Henricus de licentia uxoris ſuæ habitum fratrum Domus Teutonicæ ſuſcepit, & ipſa clauſtrum Sanctimonialium in (b) Tronſivvitz intravit, qvò clauſtrum ipſe inſtituit & fundavit, & donis Magnificis dotavit. In quo etiam ipſe poſt multa bella quæ glorioſè in dicto officio geſſit, ut inferius apparebit, vocatus à Magiſtro generali ad Capitulum in itinere infirmatus, mortuus eſt & ſepultus.

#### ANIMADVERSIONES.

(a) De ſunt quædam ſupple itaqve hæc: *miſt, qui.*  
(b) *Drangviſ* habet Schüz. *lib. 1. fol. 24. b.*

CAP.